

Θράκη Θράκης

151

Bonnae 1840

Σ. 401-2

Θράκη] sex Thraciarum provin-
cias Theodoretus H. E. 5 28 et
Sextus Rufus Breviar. c. 9, Europam,
Rhodopen, Thraciam, Haemi montem,
Moesiam secundam, et Scythiam fu-
isse docent: easdem Hierocles, sin-
gulis suas urbes et magistratus tribuens,
recenset. suberant uni dioceseos Thraci-
arum vicario, de ~~sub~~ Volitia imp. Orient.
c. 132; Theodoretus propterea H. E. 3 7
ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος
ἕως τῆς Ἑλλάδος] fuit olim procurator
Europae, quam eius provinciae dignitatem
Imp. Constantius creato urbis Epolitanae
praefecto mutavit.

Socrates H. E. 2 41: καὶ τὸ ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος
ἐπὶ Κλαυδίου κατ' ἄρχην, Ὀρυσάτου ὄνομα,
εἰς ἀποδοτικὴν πύργον ἀρχήν.

cum enim ea urbs in Europa eiusque
fuerit caput, dicaturque proconsulem
habuisse, de provincia dubium esse.

nequit; praesertim cum ex veterum scriptis
 proconsules Henr. Valesius exuerit, qui-
 bus addi Priscus poterit provinciae Eu-
 ropae proconsul ex Menologio Canisiano
 11 Jul. sub Diocletiano, et Taurus, qui
 Constantini M. aetate Thracibus procon-
 sulari imperio praefuit, ex Porphyrogenetae
 Constantini 1. 2 Them. 1. quod itaque Io.
 Harduino, non Valesio solum obloquente,
 sed et in $\alpha\rho\delta\upsilon\pi\alpha\tau\acute{\iota}\sigma\upsilon\sigma\upsilon\mu$ de dium-
 virum magistratu ad Schemistii orat.
 17 interpretante, $\alpha\phi\alpha\kappa\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma$? mihi ambiguum
 non est quin $\alpha\phi\alpha\kappa\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma$ a viro doctissimo
 dissenserit operae pretium utique fu-
 erat proconsules e veterum monumen-
 tis productos profligare, et exemplis
 $\alpha\rho\delta\upsilon\pi\alpha\tau\acute{\iota}\sigma\upsilon\sigma\upsilon\mu$ eosdem ac diumviro esse
 firmare; quorum neutrum cum fecerit,
 eius dissensu paucissimi movebuntur.
 post praefectum autem urbi regiae
 a Constantio impositum, consularis Eu-
 ropam administravit; unde Aradius

Proculus in Thesaur. p. CCCLXI. 1. consularis provinciae Europae sub eo imperatore dicitur.

erant consulares Κοροουξέριοι, ut in glossis est Νομικῆς ὀνόματι, sive consulatu essent functi seu ornamentis consularibus donati: nam Constantinus I. 2 Them. 1 βοῦρκα esse monens, consilierii νοροξέριον voce, quam suo in codice legebat, deceptus est. regebant provincias dignatione correctoribus et praesibus potiores, ut l. unica c.

Th. de consular. inmitt. habebant lictores et fasces, qui fasces consularitatis in l. 4 c. Th. ad l. Iul. de ambitu vocantur; et numero quidem sex, unde Paullinus Nolanus Natal. 13 342 de se Campaniae consulari:

ergo ubi bis ternis dicionis fasces levatus deposui nulla maculatam caede securim. ubi vero eo honore erant defuncti, illum iterare non poterant, sicuti dicta l. ult. de ambitu sciscit; quamquam

nondesint eorum exempla qui iterum gesto
honore claraerunt, de quibus ibi I.
Gothofredus. originem consularium ab
Augusto esse ad ~~Ita~~ Spartiani Hadrian.
c. 22 Salmasius disputat.



ΑΚΑΔΗΜΙΑ

ΑΘΗΝΑΝ

α. Ἐπαρχία Θράκης ἑξήκοντα πόλεις ἑξουκτα
 τριών, πόλεις εἰς
 ἑξουκτα πόλεις, Ἡράκλεια, Ἀρκαδίου πόλις, Συνεδυτο
 Βιζυη, Πάνιον, Ὀραιο, Γάνος, Καλλίπολις, Μορίδες
Σιντινή, Σαυαδία, Ἀφροδισιάς, Ἄπρος, Κοῦρα.

β. Ἐπαρχία Ροδόπης, ἑξήκοντα πόλεις ἑξ
 ἄπρος, Μαφικιανού πόλις, Τραϊανού πόλις, Μαρώνας
Τόπιρος τῶν Ρούσιον, Μιμόταρις, Κερεόπιργος

γ. Ἐπαρχία Θράκης, ἑξήκοντα πόλεις ἑξ
 Φυτιπού πόλις, Βερέτι, Διουκτιανού πόλις, Σε
βασιλού πόλις, Διούσιον

δ. Ἐπαρχία Αἰμιονότου, ἑξήκοντα πόλεις ἑξ
 Ἀδριανού πόλις, Ἀσπίδος, Δεβεζτός, Πρωτινού πόλις
 Τροϊδης.

ε. Ἐπαρχία Μυθιας, ἑξήκοντα πόλεις ἑξ
 Μαριανού πόλις, Ὀδησσος, Δοροστόλιος, Κιού πο
 λης, Νοβαί, Ἀππιαρία, Ἄβριπτος.

ς. Ἐπαρχία Σινδίας, ἑξήκοντα πόλεις ἑξ
 Τόβρις, Διονυσόπολις, Ἄνραι, Καλατίς, Ἰστρος,
 Κωνσταντιάνα, Σέξοπις, Τρόπαιος, Ἄψιού πόλις,
 Κασιδάβα, Κάρσος, Τρόσμις, Λοβιδοῦνος,
 Ἄγιος, Ἄμυρις.

